

E u t i t i u s. Testimonium, quod de apostolo protulisti, de fornicariis dictum est, sed tu ^{a)} cum ^{a)} sis episcopus et fratrem vel nepotem meum vel quemlibet propinquum ^{b)} aut amicum a rebus, quas a precessoribus tuis acceperat, divertere velis ^{c)}, et eum ob id ^{d)} excommunicaveris vel eum a sede apostolica excommunicari feceris, ego qui episcopus sum, sicut et tu, amicum meum a te deiectum ^{e)} recipere et consolari nequibo ^{f)}?

T h e o p h i l u s. Testimonium, quod supra de apostolo protuli, de fornicariis quidem ^{g)} dictum non abnuo, verum si recordari ^{h)} velis, quæ a Pio episcopo superius scripta audisti, atrocius recognoscas sacrilegium, quam fornicationem. Sacrilegium autem dicit ¹⁾ res ecclesiasticas occupare. Qui autem sacrilegium ⁱ⁾ facit, sacrilegus est, quamvis id dialectico sophismate refelli videatur, non posse aliquem denominare ab aliquo, quoad passio in habitum ^{k)} convertatur. Tu ergo, qui fornicariis consentire erubescis, sacrilegos suscipies? num ^{l)} sententiam dominicam parvipendes ^{m)} qua dicitur ²⁾: *Qui amat patrem aut matrem aut filium vel filiam* ⁿ⁾, *non est me dignus*.

E u t i t i u s. Sed ideo eos recipio, ut mea receptione ad satisfactionem venire possint. Considera ergo, ne eos iniuste a communione segregaveris et dicatur de te illud, quod in propheta scriptum est: *Mortificabant animas quæ non moriuntur et vivificabant animas quæ non vivunt* ³⁾. Scis vero promptissime ^{o)} quæ res equitatem iudicii ^{p)} pervertunt, a quibus dum te immunem videro, necesse est ut amplius sententiam tuam pertimescam.

T h e o p h i l u s. Quia video te personam resistentium assumpsisse, eodem scemate ^{q)} tibi responderi ^{r)} congruebat; sed eo habitu non omnino

^{a)} cum tu B. ^{b)} propinquorum B. ^{c)} fehlt B. ^{d)} schwer lesbar A; ibidem C. ^{e)} deictum B. ^{f)} schwer lesbar A; negabo C. ^{g)} fehlt B. ^{h)} aus recordaris korr. A. ⁱ⁾ nur sacrileg... erkennbar A. ^{k)} nur habi... erkennbar A. ^{l)} non B. ^{m)} wohl aus parvipendis korr. A. ⁿ⁾ plus quam me ergänzt C (nach Vulg.); doch erscheint diese Ergänzung als unbegründet im Hinblick auf Luc. 14, 26 und Deut. 33, 9 und die sehr freie Zitierweise des Dialogs. ^{o)} promptissime BC. ^{p)} iudicis B; vgl. S. 78 N. h. ^{q)} schemate C. ^{r)} responder. (Platz nur für i) A; responderi B; respondere C.

¹⁾ Vgl. oben S. 82 (D).

²⁾ Matth. 10, 37 (D).

³⁾ Ezech. 13, 19 (D). Quelle des Zitats ist Gregor d. Gr., Hom. in Evang. 26 c. 5, Migne, PL. 76, 1200, und danach Hincmar von Reims, der Gregors Worte gegen eine von Hincmar von Laon (!) ungerechtfertigterweise verhängte Exkommunikation anführte, Migne, PL. 126, 410 D. Bei Hincmar und Gregor steht wie im Dialog *mortificabant* und *vivificabant* statt des *interficerent* und *vivificarent* der Vulg.